


92 6

DAVIDIS  
LACRYMAE  
SEV  
IMPIETAS  
ABSALONIS  
Ab

Alumnis Collegij Anglorum  
de Vrbe

*Tragice exhibit.*



ROMÆ, Typis Hæredum Francisci Corbelletti. 1646.

SVPERIORVM PERMISSV.

21012

1948

21012

21012

21012

21012

21012

21012

21012

21012

21012

## *Personae Tragicæ.*

David, Rex.

Ioab, præfectus militiæ Davidis

Abisai

Ethai ) Duces sub Ioabo.

Achimaas filius Sadoc.

Ionathas filius Abiathar.

Angelus Hierosolymæ.

Angelus Davidis.

Chusi miles Ioabi.

Nuntius.

Speculator.

Abfalon filius Davidis.

Amasa præfectus militiæ Abfalonis.

Achitophel, Confiliarius.

Chufai, fideus amicus.

Tribunus militum.

Vmbra Ammonis.

Semei, filius Getæ:

Iacob famulus Abfalonis:

Milites.

## *Personae Comicæ:*

Daghes

Raphe ) Paftorculi

Zelpha

Zambri ) Paftores:

Raguel, fenex Paftor:

Schibboleth, Sartor.

Argob, Textor.

Dagon, Fullo:

Fortuna.

Ver.

Ætas.

Autumnus:

Hye ms.



# DAVIDIS

## LACRYMAE

### ARGUMENTVM.



**A**BSALON, post trucidatum in conuiuio fratrem suum Amnonein, in vindictam sororis Thamaris, ab eodem constuprata, luit poenas triennalis exilij. Dein receptus in gratiam Dauidis, ad Regnum aspirat, & malis artibus populi beneuolentiam aucupatur. Nec multò post, prætextu victimas immolandi in Hebron, dato signo, ex vniuersis tribubus copiosum Exercitum eelerrimè colligit, & aperta rebellionè se Regem renuntiat. Fugit Dauid cum Ioabo & alijs, relicto Chusai, qui se fingat Absalonis amicum. Tandem ad pugnam venitur: cedit Absalon confossus à Ioabo, dum capillis ramo implexis pendet è quercu. Deslet filium Dauid, & lacrymis triumphantes excipit 2. Regum cap. 15. & sequentibus.

ACTVS PRIMVS.

**P**rolucens Amonis umbra inuehitur in fratricidam Absal-  
nem, nec minus in Patrem Dauidem, illique mortem huic  
luctum deauniat.

*Scena Prima.*

**D**avid sollicitus suspicatur aliquid subesse, quod Absalon tam-  
diu absit. Ioab ipsum solatur, & suspicionem cieuat.

*Scena Secunda.*

**A**bsalon rebellionem nuntiat, vix fidem adhibente Dauide.  
Ioabus inuehitur in Absalonem.

*Scena Tertia.*

**E**thai Gertheus offert se Dauidi socium. Abit Ioabus addu-  
cturus Selethas Phlethorum & Ceretorum cohortes. Ethai  
manet constans in proposito, etiam dissuadente Dauide.

*Scena Quarta.*

**C**husai confirmat in vicino esse hostes: Suadet eelerem fugā:  
iubetur redire, & insinuare se Absaloni, vt illum prodāt sal-  
tis consilio, & Regem per fideles nuntios de omnibus doceat.

*Scena Quinta.*

**A**bsalon iuuenititer exultat, adulantibus Achitophel, &  
Amasa. Chusai offert se. Vix illi credatur initio, aduer-  
sante Achitophel. Absalon imperat musicam, & choreas.

*Choræ argumentum.*

**F**ortuna faletat Absalonem: aduocat quatuor anni tempora:  
quæ singula sua munera offeruat, ac deinde tripudiat.

**A**chitophel indignatur, quod Chusai receptus sit in gratiam  
Absalonis.

*Inter-*

**R**aphe Pastorculus iudit socium suum Daghes . Ragucl Senex altercantes conciliat, & mittit ad ouilia Zelpha, & Zambri, duo alij Pastores quærrunt duos Pastoreulos, & deslent tanquam deuoratos à feris. Hos solatur Ragucl nuntians illos viuere. Superueniunt tres Artifices, Schibboleth sartor, Argob textor, & Dagon fullo. Hi contendunt, quinam potius debeat imperium in oues & Pastores. Agrè hoc ferunt Pastores, & uerbis respondent. Postea conueniunt, ut numerosa saltatione contentio dirimatur. Superuenit Semei, & inuitat omnes ad sequendum Absalonem. Hinc noua dissensio, Pastoribus à Dauide stantibus, alijs ab Absalone. Schibboleth Pastores ad singulare certamen provocat: Zelpha se offert: Conuenitur de tempore & loco, & mox pœnitet sartorem temeritatis.

## ACTVS SECVNDVS.

*Scena Prima.*

**D**auid progreditur fugiendo. Maledictis & lapidibus petitur à Semei; prohibetque suis, ne iniuriam à Deo permissam uiscantur. Semei statuit prodere Dauidem Absaloni.

*Scena Secunda.*

**A**bsalon iubet ad consilium vocari tres Proceres: interim uarijs motibus agitur. Deliberat cum suis. Achitophel capta occasione ex dictis Semei, suadet opprimendum statim Dauidem: Huic contradicit Chufai, assentiente Amasa, & Absalone probante. Fremit ac furit Achitophel.

*Scena Tertia.*

**C**hufai duos Iuuenes ad Dauidem delinat nuncios eorum, quæ acta fuerant in consilio. Hi inter se agunt de periculo,

*Scena Quarta.*

**S**peculararius Ioabus, quid agat hostis, incidit in duos Iuuenes, quorum alterum ducit ad Dauidem, redeunte altero ad castra Absalonis.

**A**chitophel furibundas morem prouocat; dein multa querens; & imprecatus Chusai, statuit suspendio semet intermere.

*Interfatiua secundum.*

**S**hibboleth prodit armatus, & imaginario duello se recreat. Mox Zelpha procedit, & iniurias iactat, quibus terretur factor. Superueniunt primum Dagon, postea Raguel, qui mira narrante monstrum quodam vel Gigante. Prodit hinc minaci vultu; & placatur tripudij. Tandem omnes vnanimes ad Dauidis castra se conferunt.

**ACTVS TERTIVS.**

*Scena Prima.*

**A**bsalon gloriabundus contemptim loquitur de hostibus. Amasa narrat Achitophelis interitum, quo non mouetur Absalon nisi ad indignationem.

*Scena Secunda.*

**I**onathas praefostat ut Ioabum, a quo mittitur, ut Dauidem certificem faciat de morte Achitophelis. Ioabus ambiguum praeteritae noctis somnium enarrans turbatur animo.

*Scena Tertia.*

**D**auid offendit se iniuriam contra filium arma sonare. Distribuit Ducibus sua munia. Monet ne Absalonem ledant. Duces Sacramento se astringunt, & ad praellium se comparant.

*Chorus.*

**A**ngelus Hierusalem & Angelus Dauidis praedicunt triumphum Dauidici exercitus, sed inestum funere Absalonis.

*Scena Quarta.*

**P**Vgnatur. Primo Iobus singulare certamen inquit cum præcipuo Tribuno Absalonis. Deinde Absalon, & Chusai inter se concurrunt. Chusai deposita persona, exprobrat Absaloni rebellionem. Veniunt ad manus, sed dirimitur duellum, occurrentibus hinc inde militibus.

*Scena Quinta.*

**I**obus non contentus victoria donec Absalon occumbat, accipit à milite illum capillis suspensum: obiurgat quod non occiderat: pergit dein ut suis manibus interimat.

*Scena Sexta.*

**D**Auidi timore & solitudine pleno Achimaas nuntiat victoriam, Chusai mortem Absalonis. Hinc lætus & lamentatio Davidis.

*Scena Septima.*

**I**obus sibi de victoria gratulatur. Dein Davidem increpat, quòd intemptivo lætu tantæ victoriæ triumphum obscuret: Minatur defectionem militum nisi desistat. David, deposita veste lugubri, induit regiam, & lætum vultum præ se fert: Denique regibus dat monita salutaria:

